

Jesus abibit, & Judai in suo peccato moriuntur.

Iterum denunciavit Jesus, abiturum se jam, frustra dein ab illis quaerendum, sed in suo peccato adhuc versantes a morte occupatum iri, ac tandem quod illa abiret, venire illos non posse. Reputabant illi hac audientes, num sibi mortem consciscere moliretur? Tunc Jesus: Vos deorsum estis, ego de supernis sum: si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Interrogarunt illi, equis tandem esset? & Jesus. Principium & qui loquor vobis; nempe ad mea verba primum attendite. Multa habeo vobis loqui, & ego qua audiri ab eo, qui misit me, hac loquor in mundo. Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & qua docuit me Pater, hac loquor. His verbis pluribus, ut in se crederent, persuasit; quibus ille: Si vos manseritis in sermone meo, verum Discipuli mei eritis, & veritas liberabit vos. Ad hac Judai, nemini se unquam servisse, utpote qui semen essent Abraham; dicitabant. Resumpto Jesus sermone: Omnis qui facit peccatum, ait, servus est peccati: si vos Filius liberaverit, tunc liberi eritis. Adjecit scire se, originem illos suam ex Abrahamo referre, sed necem pariter sibi inferendam in mente tacitos agitare; quod scilicet verba loqueretur, quae ipsi in corde admittere non paterentur: Si filii Abrahae estis, ait, opera Abrahae facite. Ut quid meam necem molimini: Hoc Abraham non fecit. Ad hac illi; Nos unum Patrem habemus Deum. Et Jesus: Si Deus Pater vester esset, diligeretis utique me, qui a Deo missus ad eum regredior. Vis ex Patre Dialogo estis, cujus vos voluntati obtemperatis; jam enim inde a mundi exordio ille homicida erat & mendax (e).

e Joan. 8. 22. 45.

Jesus irreprehensibilis. Qui ex Deo est, Dei verba auscultat.

Sermonem profectus adjecit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non audistis, quia ex Deo non estis. Tenemus te, abruptentes sermonem dixerunt Judai; ex his enim satis habemus argumenti, ut Samaritanum te & Dæmoniacum probemus. Tunc Jesus: Ego Dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego non quaero gloriam meam: est qui querat, & judicet. Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum. Iterum Judai inclamantes ad hanc, nosse se eo novo argumento dicitabant, agi virum a Demone; quippe qui scirent interiisse Abrahamum, cum interim Jesus profiteretur eos, qui jussionibus suis obtemperaverint, nunquam interituros. Nunquid major es? dicebant, Patre nostro Abrahamo &

Propheta mortui sunt. Quem te ipsum facis? Ego, inquit Jesus, si glorifico me ipsum, gloria mea nihil est; est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus visus est: & non cognovistis eum, ego autem novi eum & sermonem ejus servo. Abraham Pater vester exultavit ipse videnti diem meum, vidit & gavisus est. Hec dicentem indignati exceperunt Pharisei. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Utique, ait, Jesus, antequam Abraham fieret, ego sum. Nec plura; namque concurrentibus ad lapides Judæis, Jesus furtim è Templo se subducens delituit (f).

f Joan. 8. 46. 59.

Cæcus à nativitate curatur.

Manè alterius diei Urbem inambulans Jesus, cæcum à nativitate offendit, rogantibusque discipulis, cujusnam merito hac viro accidissent, proprio ne, an parentum? nihil horum in causa fuisse respondit Jesus, sed viro permissum morbum, quod opera Dei manifesta fierent in illo. Me oportet, adjecit, operari opera ejus, qui misit me, donec dies est. Ego lux sum Mundi. Simul ad hanc salivam terram subigens, formato ex ea luto cæcos oculos linivit, iussitque miserum hominem lotum ire ad fontem Siloe lumina. Paruit, nihilque ad valetudinem recipiendam reliquum factum est. Cum autem vir ille mendicans tota Urbe notissimus esset, quicumque virum post receptam sanitatem offendebant, falli se atque alterum pro altero usurpare arbitrabantur; sed ille virum se esse cæcum antea ipsis cognitum sanctè affirmans, totam receptæ valetudinis historiam narrabat (g).

g Joan. 9. 1. 12.

Cæcus ille coram Sacerdotibus vocatur.

Manè alterius diei coram Phariseis cæcus ille accitur, quod totam receptæ valetudinis historiam exponeret. Contendebant Pharisei, nunquam reputandum Jesum Christum à Deo missum fuisse, quippe qui cæci nati curatione Sabbati religionem non satis revereretur. Sed aliis vix persuadebatur, sacrilegum hominem ea miracula patrare unquam potuisse. Cæcus verum esse Prophetam defendebat. Inter eas disceptationes, parentes cæci illius acciti interrogantur, num filium hunc suum noscerent, scirentque à nativitate cæcitate morbo laborasse. Affirmarunt illi; sed de recepta ab ipso valetudine nihil comperit habere se professi sunt: illum, utpote præ a tate capacem, interrogarent. Hac illi cautione locuti sunt, metu Pharisæorum, à quibus pellendos se norant è Synagoga si Jesum Christum Messiam esse dixerent. Statutum iterum in medium cæcum etiam atque etiam hortabantur, ut vera in Dei gloriam proderet, exploratum habere se Jesum hominem esse nequissimum. Tunc cæcus: Si peccator est, nescio: unum scio

Festum Dedicationis Templi, 22. Casten, 15. Decembris. Decem Leprosi curantur.

Conferens se Jesus Jerosolymam, occasione Festi Dedicationis Templi, per mediam Galilæam & Samariam iter faciebat; cum in Urbem quandam ingressuro decem leprosi occurrerunt, rogantes: Jesu Præceptor, miserere nobis; quos ille ire iussit, & ostendere se Sacerdotibus: cum irent, mundati sunt. Erat inter illos vir quidam Samaritanus, qui unus referendis Jesu Christo gratis venit; quod miratus est Christus; cum enim decem beneficium recepissent, unus tantummodo, & alienigena, qui gratiam referret, inventus est. Tunc ad illum conversus, Vade, ait, fides tua te salvum fecit.

Regnum Dei non ita veniet, ut sensuum testimonio innoscat.

Cum in Templum venisset Jesus, requisitus à Phariseis quando nam Regnum Dei expectaretur, respondit, non ita apparituum illud, ut sensuum testimonio probetur, eoque majestatis apparatu ut oculos ad se convertat omnes; scirent autem Regnum Dei inter ipsos medium versari. Conversus inde ad Discipulos: Venient dies, ait, quando desideretis videre unam diem Filii hominis, & non videbitis. Et dicent vobis: Ecce illic, & ecce illic. Nolite ire; sicut fulgur coruscans sub Cælo fulget, ita erit filius hominis in die sua. Denunciavit deinde, quæcumque illis imminabant à Judæis mala; sed diem tandem ultionis inopinatè hominibus superventurum; quemadmodum diluvium sub Noe, & incendium Sodomæ & Gomorrhæ Lothi ætate: cum scilicet bibentibus ludentibus atque nuptias celebrantibus hominibus, ingruat cælitus ultio. Ita pariter die Filii hominis contiget. Tunc qui fuerit in tecto, & vasa habuerit in domo, ne descendat tollere illa; & qui in agro similiter, non redeat retro. Memores estote Uxoribus Loth. Quicumque quaesierit animam suam salvam facere, perdet illam, & quicumque perderit illa vivificabit eam. In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur, & alter relinquetur. Duo erunt molentes in unum, una assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro, unus assumetur, & alter relinquetur. Rogantes Discipulos, quando ista eventura essent, enigmatico illo responso evitavit: Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquila (m).

m Luc. 17. 20. 37.

Parabola Judicis, qui nec Deum reveretur, nec homines.

UT jugem inculcarent orationem, hanc Apostolis parabolam proposuit. Judex quidam nec Deum fatis nec homines reveritus, importunis à Vidua precibus

scio, quia cum cæcus essem, modo video. Interrogatus iterum, qua ratione cæcitate Jesus depulisset, respondit semel se omnia narrasse; ut quid igitur interrogarent? Numquid & vos, ait, vultis Discipuli ejus fieri? Commoti ad hæc verba Sacerdotes, dira in illum imprecati, tum inquit, Discipulus illius sis, nos autem Moysi Discipuli sumus. Scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sis. Ideo mirandum est maxime, reposuit alter, vos nimirum unde venerit homo iste ejus beneficio visum recepi, ignorare. Profectò scimus, quia peccatores Deus non audit: quare nisi esset hic à Deo, non poterat facere quiddam. Eà viri libertate graviter offensus Pharisei exprobrantes: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? è Templo foras egerunt (b).

h Joan. 9. 13. 34.

Cæcus in Jesum Christum credit.

Certior de his omnibus Christus, homini in via occurrens, num crederet in Filium Dei interrogavit? Ecquis esset Filius Dei, respondente altero, non alium, quam se, ait Christus. Continuo ad ejus pedes accidens cæcus, adoravit; cum interim Jesus adjiceret, ideo se in mundum venisse, ut cæci ad lumen venirent, offunderentur autem videntes tenebris. Hæc cum ad se pertinere intelligerent, qui fortè aderant, Pharisei, num se pariter cæcos diceret, interrogarunt: Jesus: Si cæcos vos ipsos agnosceretis, non haberetis peccatum: nunc autem dicitis, quia videmus; peccatum vestrum manet (i).

i Joan. 9. 35. 41.

Verus Pastor in ovile per ostium ingreditur. Fur aliunde, quam per ostium.

Tunc parabolam instituit Jesus furis, qui in ovile aliunde, quam per ostium ingreditur; cum Pastor vicissim non nisi per apertum ostium introeat, quem sanè Pastorem noscunt, & sequuntur oves. Porro ostium ipse est Jesus; & quicumque aliunde, quam per eam portam ingressi sunt, ipsi tanquam fures habendi; qui verò per apertum illud ostium ingredientur, illis salus obtinebitur. Jesus optimus est Pastor, vitam suam pro ovium salute ponens; mercenarius fugâ dilapsus irrudenti lupo oves in prædam relinquit. Sunt Jesu alia quidem oves, quæ non sunt ex hoc ovili; nempe de Synagoga, quas in eadem caulas unâ cogere debet, ut tandem fiat unum ovile, & unus Pastor (k). Pater diligit Filium, quia ipse ponit animam suam, ut iterum sumat eam. Nemo, prosequatur Jesus, tollit eam à me; sed ego pono eam à me ipso. Hac loquentis verba Judæos inter se commiserunt, aliis agi à Dæmone virum contententibus, negantibus aliis; neque enim, dicebant, Dæmoniacus talia loqueretur, nec cæco à nativitate visum restitueret [l].

l Joan. 10. 1. 17. 21.

pulsabatur, ut in adversarium suum jus diceret. Distulit ille diutius; sed importunitate victus, tandem miseram foeminam à molestia liberavit. Ita Deus, ait, cui iusta rependendi ingenium inest, faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte (n).

n Luc. 18. 1. 7.

Cum venerit Filius Dei in terram, fidem ne inveniet? Parabola Pharisei & Publicani ad Templum venientium.

Interrogatis primùm Discipulis, num veniens in terram Filius hominis fidei aliquid inventurus esset, dein parabolam exorsus est, qua viros illos faggillat, opinionione suâ adeò justos, ut reliquos omnes parvipendant. Duo homines ascenderunt ad Templum, Phariseus nempè & Publicanus, quorum primus stans gratias Deo agebat Deo quàm maximas, quippe qui à reliquorum hominum nequam, raptorum, & adulterorum foete abhorreret; longèque se fecisset iustiorum, quàm Publicanum illum, quem coram cernebat. Publicanus autem seorsum orans, humilis pronusque, nec oculos quidem levare in Cælum audebat; sed tundens miserabiliter pectus, seque peccatorem ingeminans, rogabat veniam. Dico vobis, ait Christus, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo (o).

o Luc. 18. 8.

14.

Judæi lapidibus appetere Jesum minantur, quòd Filium se Dei profiteretur.

Cum in Porticu Salomonis Templo adjacenti ambularet, in frequenti hominum corona requisitus est, quandiu animos suspensos teneret, neque se Christum palàm profiteretur; respondit, se quidem manifestasse, neque, si ipse taceret, fore ut silent de se opera; ipsos tamen nunquam in animum eam rem induxisse, quòd ex ovibus suis non essent. Oves enim meæ, ait, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater unum sumus. Ad ea verba tanquam horrendam aliquam blasphemiam horrescentes Judæi, lapides in illum intenterunt. Tunc Jesus ad eos: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo (i. e. nomine Patris mei) propter quod eorum opus me lapidatis? De bono opere, exceperunt Judæi, non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum (p).

p Joan. 10. 23. 34.

Ad hæc Jesus ostendit in Scriptura homines, quibus Deus locutus est, Deos appellari; quare non immeritò sibi à Patre misso, & sanctitate donato Filii Dei nomen arrogasse. Si non facio, ait, opera Patris mei, nolite credere mihi; si autem facio, credite, quia Pater in me est, & ego in

Patre. Secundùm hæc, moliebantur iterum Judæi manum in illum injicere, sed dilapsus abiit (q).

q Joan. 10. 34. 39.

Jesus in Transjordana contendit.

Petit ergo Bethaniam, urbem Transjordanam, baptismo ibidem à Joanne Baptista collato celebrem; moratus est autem per mensem: atque plures Judæi eò convolantes in illum crediderunt; illud reputantes, Joannem Baptistam nullo claruisse prodigio, è verbis autem Jesu nullum non è media esse veritate (r).

r Joan. 10. 40. 42.

A. M. 4036. Per. Jul. 4746. J. C. 36. Æra Vulgaris 33. Lazarus agrotat.

Lazaro fratre Martha & Mariæ agro decumbente, ejus rei nuncium ad Jesum in Transjordanis agentem missum est. Ille re audita respondit, agritudinem illam non ad mortem esse, sed quòd gloria Dei magis magisque coruscaret. Biduo ab excepto nuntio quietus in loco substitit [s].

s Joan. 11. 1. 6.

Infantes coram Jesu statuuntur.

Oblati sibi infantibus manus Jesus imposuit, prohibentibusque Discipulis ne accederent, præcepit ille ut venire permitterent; namque, ait, talium est Regnum Cælorum (t).

t Matt. 19. 13. 15. Mar. 10. 13. 16. Luc. 18. 15. 17.

Lazarus occumbit.

Eo temporis intervallo obire Lazarum contigit. Tunc Jesus Discipulis iter in Judæam proposuit; stupentibusque illis quo animo eò redire disposuisset, unde nuper lapidibus appetitus, præsentissimum discrimen fugâ evitavit, respondit: Nonne duodecim sunt hora diei? adiecitque Lazarum sopitum quiescere; ire autem se, ut eum à somno excitaret. Hæc Apostolis reapse de somno dicta excipientibus, mortem viri innuere idem Jesus exposuit. Quare Thomas, Eamus, ait, & nos, ut moriamur, cum illo (u).

u Joan. 11. 7. 16.

Quid factò opus sit ad vitam æternam obtinendam.

Iter ergo Judæam versùs iniens, obviam occurrentem offendit juvenem quendam Judæum, qui ad ejus genua provolutus, eum tanquam bonum magistrum rogavit, quid factò opus esset, ut sibi vitam æternam acquireret? Cui ille: Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Cum illa se ab ineunte ætate servasse adolescens ingenue profiteretur, Jesus intuitus eum, dilexit, adiecitque: Unum tibi deest: vade

de, & vende quaecumque habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Non lætis auribus hæc exceptit locupletissimus adolescens, tristisque recessit. Eà occasione Jesus ita Discipulos affatus est. Difficile dives intrabit in Regnum Cælorum; facilius est enim camelum per foramen acis transire. Hæserunt ad hæc Discipuli, illud inter se reputantes: Quis ergo poterit salvus esse? & Jesus: Apud homines hoc est impossibile; apud Deum autem omnia possibilia sunt (x).

x Matt. 19. 26. 27. Mar. 10. 17. 27. Luc. 18. 18. 27.

Merces eorum, qui omnibus reliquis Jesum secuti sunt.

Tunc Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Bono esse illos animo præcepit Jesus; ipsum enim cæterisque, qui sua omnia tam bona de causa deseruissent, manere thronos in novo Regno suo, ubi tanquam Judices jus dicant super omnes Tribus Israel. Adiecit, omnes quicumque sua bona, & domesticos pro nomine Jesu, & Evangelio reliquerint, centuplum accepturos in hoc mundo, quancquam non sine plurium malorum perpessione; & quod caput est, vitam æternam. Multi autem, adiecit, erunt primi novissimi; & novissimi primi (y).

y Matt. 19. 27. 30. Mar. 10. 28. 31. Luc. 18. 18. 28.

Parabola Operariorum, qui in vineam mittuntur.

Ea occasione parabolam narravit. Regnum Cælorum, ait, simile est Patri-familias, qui primo mane operarios invineam misit, pactâ cum illis primò mercede denarii pro opere diurno. Misit subinde novos, & novos, tertîa, sextâ, nonâ, & tandem undecimâ horâ. Sub vespere accitis operariis, solvi singulis æqualem mercedem præcepit; quod cum iniquum videretur operariis primo mane conductis, distinguendi enim videbantur ii, qui diei pondus & æstus tulerant, ab aliis qui per horam tantum laboraverant; querelas eâ de re suas ad Dominum detulerunt. Sed ille, nullâ à se affectos injuriâ dixit, convenisse enim secum de mercede. Ita, ait Christus, erunt novissimi primi, & primi novissimi (z).

z Matt. 19. 16.

Lazari resurrectio.

Veniens tandem Jesus Bethaniam, Lazarum quatrinduo ante sepultura mandatum audivit. Ejus adventus nuncium allatum est duabus defuncti sororibus, Martha & Mariæ; cum magnus è Jerusalem concursus ad eas fieret, levandi doloris gratiâ pro interitu fratris. Vix autem id comperit Martha, cum surgens in occursum venientes processit, atque inter primas salutationes protestata est, nunquam obiturum Lazarum, si opportunus venisset. Jesus de resurrectione fratris fidem suam Dissert. Calmet Tom. II.

obligavit; Scio, ait Martha resurrecturum in novissimo die. Et Jesus statim se resurrectionem esse vita dixit; & quicumque, ait, crediderit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, & qui vivit & credit in me, non morietur in æternum; rogavitque deinde Martham, num hæc omnia crederet. Affirmavit illa, sanctâ protestata: Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei Vivi; statimque Mariam sororem de adventu novi hospitis admonuit. Advolvit illico Martha, & pedibus Magistri accedens, eadem lacrymans de obitu Fratris sui, quæ antea Martha, professa est: ingemuit unâ pariter & frequens illa comitum turba, quæ moestas sorores prosequatur. Horum miserus Jesus infremuit spiritu; dein rogavit, ubi nam Lazarum posuissent. Ad locum deductus, primò recludi sepulchrum imperavit; dein adis Deo gratis, quòd precibus suis annuisset propitius, tum clamavit: Lazare veni foras: ad quas ille voces excitus, linteis adhuc & sudariis involutus processit. Solvi omnia, & Lazarum hominem relinqui Jesus imperavit (*).

* Joan. 11. 17. 45.

Pharisei necem Jesu Christi statuunt.

Tanti prodigii testis frequentissima Judæorum turba, pars quidem in Jesum credidit, pars verò rei nuncia ad Sacerdotes & Phariseos venit. Quare illi nimium populi studium in Jesum, simulque Romanorum futorem in Templum totamque gentem provocandum metuentes, de tota re deliberaturi consilium inierunt. Caiphas, penes quem summa erat ejus anni Sacerdotalis dignitas, sententiam suam protulit, pronuncians, oportere unius hominis necesse saluti totius gentis provideri. Quæ ab illo vaticinandi spiritu dicta fuisse constat; morte enim Jesu Christi salus quaerenda erat, non Judæis tantum, sed Dei filiis universis. Communi igitur consilio Jesu Christi mors à Sacerdotibus & Phariseis decreta est; sed ille eorum evitans congressum, in Ephetem Urbem in loco ab hominum frequentia remotò secessit, ibique commoratus est usque ad feriam tertiam 24. Martii & 4. Nisan (a).

a Joan. 11. 45. 54.

Jesus ad Festum Pasche celebrandum Jerosolymam venit.

Aliquot ante Festum Pasche diebus, cum Judæorum plures è regione, Ephrem adjacente Jerosolymam venirent, venit unâ pariter & Jesus (b), nunquam in itinere prætermisso instruendi populi munere, non sine omnium admiratione (c). Seorsum autem revocatis Discipulis exposuit, quæ sibi imminerent Jerosolymis mala, ubi & Sacerdotum fraude capiendus esset, dammandus, injuriis omnibus afficiendus, despuendus, & flagellandus, ac tandem morte plectendus; qua semel toleratâ, tertîa die ad vitam esset rediturus. Hæc narrans, enigmata latensque aliquod mysterium

b Joan. 11. 55.

c Marc. 10. 32.